

V. Kovács Sándor

VÁRADI PÉTER ISMERETLEN LEVELEI

Wagner Károly csaknem kétszáz éves összkiadása¹ óta újabb Váradi-levél nem került publikálásra. Fraknói Vilmos talált ugyan egyet a velencei könyvtárban, ahelyett azonban, hogy az autográf latin eredetű kiadta volna, mindössze néhány részletet közölt belőle magyar fordításban.² Mindenképpen érdekesek tehát Váradi Péternek azok az újabban felbukkant levelei, melyeket részben az esztergomi Főszékesegyházi Könyvtár (Bibliotheca) kéziratárának egy XVIII. századi másolatgyűjteményéből,³ részben pedig az MTA Könyvtárának Pálffy-kéziratából közlik.⁴ Ezek hiányoznak Wagner kiadásából és tudomásom szerint a szakirodalom sem említi őket.

Az első két levél hátterében a pétervárad apátság birtoklásáért folytatott pör húzódik meg. Mint ismeretes, Váradi Péter bebörtönzése idején (1484–1490) Mátyás király Péterváradot továbbadományozta Rodrigo Borgia bíborosnak, VIII. Ince pápa mindenható alkancellárjának, jóllehet az apátság a kalocsai-bácsi egyesített érsekség tartozéka volt és ilyenformán Váradi joghatósága alá tartozott.

Mátyás halála után a szabadságát visszanyert humanista érsek igyekezett visszaszerezni elajándékozott vagy lefoglalt javadatmait, többek között Péterváradot is. Rodrigo Borgia azonban csak busás ellenszolgáltatás fejében akart lemondani róla, mire Váradi, aki eleinte nem akart fizetni, bírói úton a bíbornoki testület elé vitte az ügyet.⁵ A Kuria auditoraiból alakult bíróság Andreas Venrard osnabrücki prépost-kanonokot küldte ki tájékozódás végett a bácsi érseki rezidenciába. Távozása után, 1491. október 9-én, Váradi Péter öt – nagyjából azonos szövegű – levelet írt⁶ azoknak a szentszéki bírónak, akiknek Venrard beszámolni tartozott. Ezeknek sorába illeszkedik hatodikként a Bernhardus Cordolushoz írott, cikkünkben 1. szám alatt közölt levél is, így valószínű dátuma szintén 1491. október 9. lehet, írásának helye pedig feltehetően a szatai Szent Pál erőd, ahol a stílusban hozzá legközelebb álló Felicius-levél is⁷ keletkezett.

Cordolus pápai titkos kamarásról egyébként már eddig is tudtuk, hogy mindig jóakaratóan pártfogolta Váradi Pétert különféle peres ügyeiben a római Kuriánál,⁸ most azonban azt is meg tudjuk állapítani, hogy 1495-ben is fennálló barátságuk a pétervárad pereskedés időszakában, tehát 1491-ben alapozódott meg.

A második levél Váradi levélírói módszerének szintén jellegzetes terméke. 1492. július 18-áról keltezve eddig két levélét⁹ ismertük csak, úgy látszik azonban, hogy szokása szerint mindenkinek egyszerre írt egy bizonyos kérdésben, s így keletkezhetett most közzétett levelünk is harmadik darabként. Bár a címzés az alerai bíboroshoz szól, szintén Venrard személyével és küldetésével függ össze. A jelek szerint Váradi gazdag ajándéknak is beillő útravalóval

¹ Petri de Warda epistolae cum nonnullis Wladislai II. regis Hungariae literis Petri causa scriptis. Posonii et Cassoviae, 1776. 288 l.

² FRANKÓI VILMOS: Váradi Péter kalocsai érsek élete. Száz 1883. 737.

³ Jelzete: „Categoria V. Titulus IV. a.” A kötetet, melynek részletesebb ismertetésére még visszatérünk, Árva Vince könyvtárigazgató szíveségéből tanulmányozhattam át több ízben is. Mindenkor készséges támogatásáért itt mondok köszönetet.

⁴ Jelzete: „Tört. 2/172.” A kéziratot leírta GERÉZDI RABÁN, szövegéből azonban nem derül ki, hogy a Pálffy-másolat nem egy, hanem két kötet és csak a második kötetben vannak Váradi-levelek. (Vö. Magyar-ságtudomány 1942. 552. és változatlanul: „Janus Pannoniustól Balassi Bálintig” c. posztumusz, de még a szerző által összeállított tanulmánykötetben, Bp. 1968. 127–128.)

⁵ Évekkel később, 1494 őszén Váradi sem pereskedett tovább Rodrigo Borgiával – aki ekkor már VI. Sándor pápa néven uralkodott –, hanem készpénzben lefizetett neki ötezer aranyforintot, mire a pápa „örök időkre” visszatolta a pétervárad apátságot a kalocsai-bácsi érsekséghez.

⁶ Wagner, No. CXVII, CXVIII, CXIX, CXX, CXXI.

⁷ Wagner, No. CXVII.

⁸ Wagner, No. LXXXVIII.

⁹ Wagner, No. XXX, XXXI.

bocsátotta Rómába vendégét, s ezért már előre tisztázni akarja magát a megvesztegetés gyanúja alól.

A harmadik levél Farkas Bálint nagyváradi püspökhöz van intézve, a (Bakócz távoztával) megüresedő győri püspökség ügyében, a negyedik pedig Nagylucsei (Crispus) István szerémi püspöknek szól. Váradinak ez utóbbi levele tartalmi szempontból egy szomszéd feudális nagyrúr, Lábathlani Gergely hatalmaskodása nyomán felburjánzott perrel függ össze. (röla vö. Fraknoi, Száz 1899. 873.) Bár az ügy részleteiről már eddig is tájékozva voltunk,¹⁰ sajnos a rá vonatkozó iratoknak mindegyike keltezetlen, így csupán Wagner nyomán tartjuk valószínűnek, hogy ez a levél is, miként a többi hasonló, 1492-ben íródott. Érdekes megemlíteni, hogy mivel Nagylucsei püspök érdekelt volt Lábathlani perének elodázásában, már Wagner gyanította, hogy kellett levélváltásnak lennie közte és Váradai Péter között. Ez most valóban beigazolódtott az Esztergomban előkerült másolattal.

Az ötödik Váradai-levél Giovanni Leontino érdekében készült, aki formailag a bácsi káptalan kanonokja volt ugyan, de olasz származású lévén, valójában Váradai Péter római ügyvivőjeként működött. Közlés tekintetében nem törekszem kritikai szövegmegállapításokra, hanem a kéziratok textusát adom ki. Mivel egyik másolatgyűjteményt sem lehet kizárólagos hitelűnek tekinteni, ezért az 1. és 4. sz. levelet az esztergomi leveleskönyv kiadatlan anyagából, a 2—3. és 5. sz. levelet pedig az akadémiai Pálffy-másolatból teszem közzé. A rövidítéseket a levélszöveg folyamán mindenhol zárójelben oldom fel, a szígtában előforduló megszólítás-rövidítéseket azonban változatlanul hagyom.

1.

Litterae Petri archiep(iscop)i Colocensis Bernardo secreto cubiculario Summi Pontificis exaratae, quibus mediantibus patrociniū et intercessionem apud Summum Pontificem pro se et ecclesia sua exorat.¹¹

Reverendo in Christo Patri Domino Bernardo secreto cubiculario Domini Nostri Papae, tanquam fratri et maiori honoran(dissimo), Petrus arch(iepiscopus) Collocen(sis). R(ever)ende in Christo Pater, amice colendissime, commendatione nostri premissa. Satis superque intelleximus ex relatione Venerabilis et Egregii D(omi)ni Andreae praepositi Osnaburgen(sis) etc. procuratoris R(ever)end(issi)mi D(omi)ni et patris mei D(omi)ni Andreae cardinalis Alerien(sis), virtutum vestrarum et laudum preconis non modici, quam honorabilem locum in ministerio Sanctissimi Domini nostri Summi Pontificis Paternitas V(est)ra teneat, et quanta gratia [ipsa]¹² Domini N(ost)ri Sanctitas Patern(itatem) V(est)ram exigentibus eius meritis prosequatur, quod esse non potest, nisi solidum verae virtutis et probitatis V(est)rae argumentum. Itaque memores professionis nostrae et debiti, quo in obsequium Sanctissimi D(omi)ni Nostri tanquam minima Sanctae Sedis Apostolicae creatura astringimur, memores etiam beneficiorum Suae Sanctitatis, quae nos de morte ad vitam sua gratia resuscitavit,¹³ omni semper studio contendimus non solum Apostolicae Sanctitatis Ma(ies)t(at)em ut fidelis, ut obediens, et ut eterno et immortalis beneficio eiusdem redempta creatura venerari, sed etiam scabellum pedum eius, qui verus Christi vicarius in terris est, iuxta exhortantis prophetae sermonem adorare. Scientes, quod in exhibitione honoris et reverentiae Apostolicae M(aies)t(at)i illi semper honor impenditur, cuius personam et imaginem Sua Sanctitas verissime representat. Itaque Patern(itatis) V(est)rae R(ever)endae nos et personam, et ecclesiam nostram commendantes rogamus, dignetur nos pro sua bonitate sic habere et facere nacta opportunitate in conspectum Sanctissimi D(omi)ni nostri recommissos, ut sentiamus Patern(itatis) V(est)rae patrociniū et favorem nobis et ecclesiae nostrae infructuosum non fuisse, pro quo vicissim nosmetipsos [offerimus]¹⁴ ad omnia beneplacita Patern(itatis) V(est)rae sicuti per d(omi)num Andream plura super his intimavimus, qui apertius explicabit mentem nostram Patern(itati) V(est)rae, quam prosperari et feliciorum evadere semper cupimus ad vota.

(Cat. V. Tit. IV. a. 59—60.)

2.

Ad cardinalem Aleriensem: Gaudere se, illum grato animo accepisse, quae in Andream Venrarum officii debiti causa contulerat, se in hoc, quod potuit, non quod debuit praestitisse, pecuniam vero acceptam, illi non mutuo, sed pro viatico, in honorem ejusdem collatam fuisse, rogare

¹⁰ Wagner, No. XVII, CXXIV, CXXV, CXXVI.

¹¹ Ugyanez az akadémiai kéziratban is megvan: Pálffy, II. 391—393. No. 17. Ad Bernardum, Summi Pontificis secretum cubicularium: ut se Suae Sanctitati, cuius gratia, de morte ad vitam suscitatus est, una cum ecclesia sua ulterius etiam commendatum facere velit.

¹² Csak a Pálffy-másolatban, II. 392.

¹³ Pálffy, II. 392.: *revocavit*.

¹⁴ A Pálffy-kézirat itt teljesebb, II. 393.

proinde se ultro etiam filii loco haberi, ecclesiamque suam una secum solita protectione com-
plecti velle.

Reverendissimo in Christo Patri D(omi)no cardinali Aleriensi etc. Petrus archi-episcopus
ecclesiae Collocensis etc. Reverendissime in Christo Pater et D(omi)ne, D(omi)ne Pater et
benefactor noster observantissime. Quod venerabilis Magister Andreas Venrard Paternitati
Vestrae retulit, quo honore eum tractaverimus idque Paternitate(m) V(est)ram a nobis grato
animo suscepisse, P. V. ingentes gratias habemus et utinam altissimus nobis tantum facultatis
concessisset ut iuxta beneficia P. V. nobis praestita, eum honorare potuissemus, fecimus, quod
potuimus, non quid debuimus et utinam pro honore R. P. V. facere possemus, quantum obligamur.
De pecuniis vero, quas sibi dedimus, sciat P. V. nos ei mutuo eas non dedisse, sed
tantummodo pro honore P. V. ei pro viatico illud contulimus, qui etiam si non in facto P. V.
sed suo proprio venisset, ausi tamen pro honore P. V. ei id praestare fuisset, scit enim P. V.
jam pridem nos totum obtulisse ad obsequia, et beneplacita P. V. qualiter nobis P. V. tanquam
bono servitori ac filio suo mandat in omnibus cui etiam supra vires, ob P. V. innumerabilia
in nos collata beneficia, eidem promptitudinem studiorum nostrorum ostendere jucundissi-
mum est, de aliis vero pecuniis, quas quo P. V. ordinaverit, nobis, in suis literis significavit,
amplissimas grates vobis¹⁵ dicimus, offerimusque operam, studium ac diligentiam nostram ad
mandata P. V. quam promptissima, rogantes P. V. magnopere ut eis non dedignetur, sed nos
loco servitoris ac filii habere, ac sub soliti patrocini sui protectione, nos, ecclesiamque nostram
fovere ac conservare velit; scriberemus plura ad P. V. sed mittimus hominem nostrum in Urbem
per quem latius de omnibus rebus P. V. intimabimus. Ex Zatha castello S(ancti) Pauli. 18.
Julii 1492.

(Pálffy, II. 458—460. No. 51.)

3.

Ad Valentinum episcopum Varadiensem, quem enixissime rogat, ut tempore translationis
modernae, episcopo Sirmiensi, in Jauriensem eligendo, apud regiam Majestatem omni diligen-
tia et studio adlaborare velit.

Reverendo in Christo Patri, d(omi)no Valentino episcopo Varadiensi, fratri et amico nostro
charissimo, Petrus archiepiscopus Collocensis etc. R(evere)nde in Christo pater, frater et amice
noster charissime. Intelleximus quemadmodum episcopatus Jauriensis per translationem
vacaverit, pro quo nonnullos laborare accepimus, et quia nos hactenus nihil ardui a regia
Majestate rogavimus, propter nostram a M. S. distantiam ob quam non ita intime, ut nos opta-
remus fidelia servitia nostra a Majestate ejus cognoscuntur, quae si tamen veraciter ad cogni-
tionem M. ejus pervenirent et ea fidelitate, qua nos eadem exhibemus ad eandem referrentur
vel fortassis M. S. propriis oculis conspiceret, speraremus et nostris precibus apud M. S. aliquem
locum esse, nihilominus freti benignitate et clementia Majestatis Suae, et etiam commodo et
honori M. S. prospicientes scimus enim quod si S. M. omnium proborum vota in hac parte
approbare dignabitur temporum successu, neque secundum conscientiam suam, neque etiam
his, quae ad commodum suum, temporale spectat, M. S. paenitebit. Itaque P. V. dignetur, vel si
adeo adversa valetudine laborat ut per se id minus facere possit, aliquem fidelissimum sibi, ad
regiam Majestatem mittat, supplicando Majestati ejus, utriusque nostrum nomine, ut eadem ob
benignitatem et clementiam M. S. ingenitam, nostrorumque obsequiorum intuitu, oculos suos
in D(omi)num Sirmiensem convertere, et eundem in episcopum Jauriensem eligere et constituere
dignaretur, nam secundum Deum et justitiam confitemur esse in hoc regno neminem D(omi)-
no Sirmiensi, tali promotione digniorem sive probitatem, sive literaturam, seu fidem, quam
erga Majestatem eius gerit, pendere quispiam veraciter voluerit. Ipsum igitur D(omi)num
episcopum negotiumque ejus, tanquam fidentissimo amico nostro unice comittimus et com-
mendamus P(aternitati) V(est)rae rogantes eandem iterum, ut omnem diligentiam et studium
in promotione ipsius D(omi)ni episcopi opponat, efficiatque ut talis supplicatio nostra imo
utriusque nostrum, optatum finem sortiatur quo beneficio non modo D(omi)num episcopum
etiam ad praesens P. V. deditissimum, eadem sibi perpetuo obligabit, verum et nos mirifice
obstringet, tantumque hac re nobis complacentiae faciet et beneficii ut nihil hoc uno addito ad
cumulum amicitiae mutuae inter nos accedere potuisset. Tacemus, quod Deo imprimis
obsequium maximum praestabit, quando talem personam quam omni rectissimo iudicio et
dignam et bene meritam constat, coram regia Majestate promovebit, ipsum quoque sibi aeterno
et immortalis beneficio regia Majestas imprimis et deinde etiam P. V. obligabit, nec futurum
quempiam credimus, qui in hoc iudicium regium mirifice non extollat et alios quoque ad sua
servitia magis excitabit, quando videbitur M. Suam, intemeratam fidem et sinceram fidei

¹⁵ Az akadémiái másolatban hibásan: *votis*. Pálffy, II. 460.

obsequium domini Sirmiensis, hoc beneficio remunerasse. Nos vero tanti hac rem faciemus, ut non secus reputemus P. V. (est)rae operam et intercessionem pro D(omi)no Sirmiensi et etiam Regiae Majestatis beneficium in illum quam si propriae nostrae personae fuisset impensum. Hanc igitur rem ex intimo corde P. V. ut amico confidentissimo, fiducialiter commendamus Paternitatem V(estram) felicissime valere cupimus. Ex Zatha, Sabbatho. Anno D(omi)ni 1492.

(Pálffy, II. 585—587. No. 123.)

4.

Litterae Petri archiep(iscop)ii Colocensis Stephano episcopo Syrmiensi intuitu irrogatorum sibi et ecclesiae suae per Egregium de Labathlan dampnorum et injuriarum eatenusque motae contra illum litis exaratae.¹⁶

Reverend(issim)o in Christo Patri Domino Stephano episcopo Syrmiensi etc. amico nostro et fratri carissimo, Petrus archiep(iscop)us ecclesiae Collocensis. Reverende etc. nisi gravissimis et admodum enormibus injuriis et dampnis nos et ecclesia nostra affecti per veteranum senem et amicum nostrum Egregium¹⁷ de Labathlan essemus, nisi etiam praecipua salutis nostrae consideratio ad hoc coegisset, nunquam profecto litem cum illo cepissemus. Nec tamen aliud volumus, sed¹⁸ nec volumus nisi ut ea, quae indebite irrogata nobis et ecclesiae nostrae dampna et injuriae per ipsum et suos complices sunt, secundum Deum et ejus iustitiam reformentur. Ne vero credat nos ad suum detrimentum omnino laborare. Mondato imprimis regio tanquam domini nostri gratiosissimi, et deinde Patern(itatis) V(est)rae, et etiam nonnullorum amicorum hortatu et rogatu moti, prosecutionem litis suspendimus usque ad dietam, et ex post usque ad vicesimum quintum diem. Interea bene faciet Patern(itas) V(est)ra, si illum hortabitur et admonebit, ut cum Deo et Sancto Paulo, quibus longe maior quam nobis injuria irrogata est, bono modo reconcilietur. Nos enim excepta hac occasione litis, quam sine evidenti salutis nostrae detrimento negligere nullo modo potuimus, veterem erga illum benivolentiam et amorem retinebimus, et solita libenter caritate prosequemur. Bene valeat Patern(itas) V(est)ra et prosperetur ad vota. Ex castro nostro Bachien(si).

(Cat. V. Tit. IV. a. 43.)

5.

Ad Ascanium Storzia, titulo Sancti Viti in Macello S. R. E. cardinalem et vicecancellarium, protectorem suum pro Joanne Leontino et altero homine suo credentiales.

Illustrissimo et R(evere)nd(issim)o in Christo Patri et domino Ascanio Storzia, titulo Sancti Viti in Macello, Sacrosanctae Romanae Ecclesiae cardinali et vicecancellario patri nostro, et protectori observantissimo, Petrus archiepiscopus Collocensis ejusdem R. D. V. observandissimus filius et servitor. Illustrissime et R(evere)nd(issim)e in Christo Pater et Domine, pater noster et protector observantissime. Relaturi nonnulla sunt nomine nostro R. D. V. Joannes Leontinus et alius homo noster, quibus comissum a nobis est, quomodo nostram devotionem et singularem in P. V. R. observantiam exponant et obsequia nostra eidem P. V. commendent et simul certas ecclesiae nostrae et nostras necessitates declarent, supplicamus, dignetur vel ipsum solum Joannem Leontinum, vel etiam cum alio homine nostro, si aderit benignis auribus et solita humanitate P. V. R. exaudire et obsequia nostra ac ecclesiae nostrae necessitates habere commendatam sumus enim expositi semper ad mandata P. V. nihil aliud cupientes, quam illius dignitati semper et in omnibus inservire. Quam et felicem esse ad vota et valere optamus. Datum in castro nostro Bachien(si), anno D(omi)ni 1496.

(Pálffy, II. 564—565. No. 109.)

¹⁶ Ugyanez: Pálffy, II. 373—374. No. 7. Ad episcopum Sirmiensem: in eadem materia.

¹⁷ A lapszálon ceruzával: „Gregorium, correc. Erdújhelyi.” Ha feltételezzük, hogy a másoló a „per egregium Gregorium”-ot pontatlanul másolta (ez a kifejezés fordul elő egy másik levélben, Wagner, No. CXXXVI.), akkor a címzésben is hasonló hiba van.

¹⁸ Az akadémiai kéziratból hiányzik innen kezdődően a háromszavas közbevetés: „sed nec volumus” Pálffy, II. 373.